UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Indulgentia prodest mortuis in purgatorio c. 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

## *Indulgentia prodeſt mortuis in Purgatorio.* Cap. 26

IN dulgentiæ proſunt etiã mor-
tuis intelligitur id ex Macab.
2. Cap. 4. Concil. Trid. nt ſeſſ.
vlt & Sanсti Pontifices idem con-
firmarunt. Vnde Paſchalis ſe-
cundus, Papa, primus indulgen-
tias Eccleſiæ ſanctæ Braxedis,
pro mortuis per modum ſuf-
fragii olim impendit, quas de-
inde vndecim ſequentes Pontifi-
ces cõfirmarũt, vt habetur in Bul-
la S. Praxedis, dicuntur autẽ hæ
indulgentiæ per modũ ſuffragii,
vel quia per illas animæ nõ iure
dice ſed veluti oblato pretio libe-
rãtur, vel quia viui eas pro mortuis
cõſequuntur, in quo illis ſuffragã-
tur: Deus tamen ſemper illas in-
dulgentias pro mortuis acceptat ſi-
cut & pro viuis, & ideo ſunt illæ
pro mortuis quoque certiſſimæ

Quinimo etiam in mortali exiſtentes, mortuis iudulgentias lucrari poſſunt, quia pretium quod pro pœnis illorum ſoluitur, non eſt opus peccatoris, ſed theſaurus meritorum Chriſti,& Sanctorũ,& opus per quod indulgentia applicatur, fit nomine Eccleſiæ.

## *Quod indulgentiæ proſint Viuis* Cap. 27,

VIuis proſũt indulgẽtiæ per modũ abſolutionis,& poteſtatis iuridicæ,quã habet Papa in viuos. Oportet autẽ * primo quod cõſecuturi indulgẽtias ſint in ſtatu gratię, ſaltem in vltima die, qua communicant. * Secundò neceſſe eſt, quod cauſa ſit pia, propter quam indulgentia cõceditur.*Tertio requiritnr opus particulare per quod ea ſingulis applicetur & ſine quo ea non obtinetur, vt verbi gr. oratio,elee-